

Band VI., Nr. 2022, Seite 413

Ritter Burkhard von Hohenberg genannt Wssar entsagt gegen eine Summe von 5 Mark allen seinen Ansprüchen an die von seinem verstorbenen Bruder, Dekan und Pleban in Schömberg, dem Kloster Kirchberg übertragenen Besitzungen.

Ohne Ortsangabe, 1268. Juli 24.

Notum sit omnibus presens scriptum inspecturis, quod ego Burkardus dictus Wssar miles de Hohenberg dilectas in domino priorissam et conventum de Kilberg liberas esse pronuncio ab omni iure impeticionis et ab omni exactione, quam habui vel habere poteram contra ipsas super possessionibus, quas dilectus frater meus decanus quondam et plebanus ecclesie in Schönberg predictis priorisse et conventui ob remedium anime sue, adhuc vivens et sui iuris existens, libere contulerat et absolute, et hoc ipsum protestor publice litteras per presentes. Ut autem dicte priorissa et conventus prefatas possessiones liberius et quocius possideant in posterum, quinque markas argenti michi tradiderunt super huiusmodi contracta, instrumentum firmitatis a me cum debita instancia postulantes. Ne autem super hoc per me vel heredes meos ipsis in posterum preiudicium aliquot generetur, hanc paginam ipsis tradidi sigillo domini comitis Alberthi de Hohenberg fideliter roboratam.

Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LXVIII^o., in vigilia sancti Iacobi apostoli, presentibus domino Albertho comite, Berngero nobili de Entringen, Albertho et Hugoni militibus de Werbenwäg, et sculteto de Haygerloch et aliis quam pluribus militibus et civibus fide dignis.

Nach dem Kopialbuch des Klosters Kirchberg über die Orte *dishalb Neckers* aus dem 16. Jahrhundert, fol. CVII.

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA
Stuttgart H 14 Nr. 160, fol. 107.

Editionen:

Schmid: Monumenta Hohenbergica, S. 32, Nr. 53.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Entringen Wohnplatz (16224)
 Entringen, Ammerbuch, Tü
 Haigerloch Wohnplatz (16384)
 Haigerloch, BL
 Hohenberg
Wüstung (26307)
 Hohenberg, Schömberg, BL, W
 Kirchberg
Wohnplatz (12729)
 Kirchberg, Sulz am Neckar, RW
 Schloss
Werenwag : Hausen im Tal, Beuron SIG
 Schloss Werenwag Wohn-
platz (21048)
 Schömberg Wohnplatz (16531)
 Schömberg,
BL